



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni
Bredenbachij S. Th. D.||**

Bredenbach, Tilmann

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

31. De Christianis in Antiochia obseßis, & per apparitionem B. Andreæ, & [an]ceam seruatoris Christi, præmissoque ieiunio precibusque & sacrificiis mirabiliter rore cælesti confortatis, & de ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

muros ciuitatis primum omnium adscēdisse, & cæteros ad ingressum vr̄bis animasse: multi quoque alij, qui in via diuersis casibus occubuerunt, in dicta ciuitate apparuerunt, cum alijs loca venerabilia visitantes, in quo manifestè dabatur intelligi, quia etsi vita discesserant corporali, ad æternam tamen vocati beatitudinem, nō sunt fraudati desiderio suo, sed quod pio experiuerunt studio, pleno sunt consecuti affectu.

Ioan. Nauclerus loco citato. De Christianis in Antiochia obsessis, & per apparitionem B. Andreae, & lanceam Seruatoris Christi, præmissisq; ieiunio precibusq; & sacrificijs, mirabiliter rore celesti confortatis, & de hostibus triumphum referentibus.

CAP. XXXI.

Christiani circa idem tempus in ciuitate Antiochena grauissima premebantur obsidione, rerumque omnium penuria & fame. Dum igitur sic affligerentur, respexit eos Dominus, consolationemq; misit. Apparuit enim cuidam clerico B. Andreas, cui plurimū erat deuotus, commonens quatenus principibus nunciaret, vt lanceam qua Domini nostri latus erat perforatum, in Ecclesia beati Petri repositam perquirent, eique locum certis ostendebat indicijs. Quod cum fecisset, ipse ad eius suggestionem in loca effossa aliquantulum terra, lanceam, sicut clerico illi ostensum fuerat, inuenerunt. Hoc audiens populus,

pulus, tanquam de immiffa ei cælitus confolatione, ceperunt à fuis anxietatibus releuari, iterumque voto fe & iuramentis obligarunt, quod ab inuicem non difcederent, quoufque auctore Domino urbem fuæ reftituerent libertati.

Igitur præmiſſo ieiunio, & indifta die pugna, cum 24. diebus afflictione mirabili plurimum laboraſſent, præcedenti nocte dum arma equoſq; præparant, fomno locus non datur. Mane factò, circa crepuſculum ſacerdotes & miniſtri Domini per Eccleſias diuina celebrantes, populum antequàm ad prælium egrederetur, de peccatis ſuis prius humiliter confeſſum, corpore & ſanguine Domini munierunt: quo factò, tanta eis diuinitus infuſa eſt gratia, vt qui pridie lumina vix attollere poterant, nunc prodeuntes, victoriam ſibi promittere auſi ſunt, Epifcopi verò & ſacerdotes ſacris induti, populum benedicebant.

Itaq; ſummo diluculo 4. Kalen. Iulij, duodecim acies inſtruxerunt, quarum vltimam, quæ erat cæteris amplior, tenebat illuſtris princeps Boëmùdus. Accidit autem, vt egreſſis ros quidam ſuauiſſimus modicus tamen; ſed gratiſſimus deſcenderit, quaſi in eo benedictionem & gratiam ſuã videretur infuſiſſe Dominus. Mirabile diſtu, quicumque eo imbre conſperſus eſt, tantum concepit animum, vt nihil laboris, nihil moleſtiæ in tota illa expeditione

440 COLLATION. SACRAR.
peditione esse videretur, idem in equis fertur
apparuisse.

Intercà hostes accepto nostrorum ab vrbe
egressu, acies instruunt, ventū est ad pugnam,
primæ tres acies nostrorum, viriliter in hostes
irruunt, sequentes aliæ non minus, præceden-
te lancea Domini cum sacerdotibus, Pugna-
tum est illo die acerrimè, tandem hostes, dis-
solutis cuneis vertebantur in fugam. Corbana
autem videns suas dissolutas acies, & ipsa fu-
ga elapsus, saluti suæ consuluit, eadem in ho-
stibus factâ, omnes scriptores in centum mil-
lia referunt. Consummato itaque prælio, no-
stri ad castra hostium redeunt: Vbi tantam re-
rum reperiunt opulentiam, tantas Orientali-
um diuitiarum copias, vt iam auri, argenti, gé-
nitum neque numerus esset, neque mensura,
equorum etiam & armentorum, annonæ quo-
que & victualium reperta est tanta abundan-
tia, vt iam nescirent quid eligerent, hac potiti
sunt victoria anno Dom. 1098, 28. Iunij.

Reuersi in urbem læti ouantesque duces,
Ammuratus arcis præfectus, Christianus est
factus, deditioe arcis facta, idq; solum in fa-
cienda dedicatione est pactus, vt qui ex cohore
sua fidem Christi nolent suscipere, cum re-
bus suis abire permitterentur.

*Gregorius Episcopus Turonen. in vita S. Illidij Aru-
mensis Episcopi, in lib. de vita Patrum, cap. 2. habet*